



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

I. Argumentum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

argumentorum primum præceptum:
Non habebis Deos alienos. Id immotum & æter-
num est, & pertinet ad omnes homines, summos
& infimos. Ita decretum immotum & æternum
Hic est Filius meus dilectus, Hunc audite.
 Necesse est igitur & magistratus summos
 & infimos amplecti vocem Evangelij, & ostende
 re suam confessionem, & prohibere scandala. To-
 tius autem Idola, cum prohibere possit, peccat,
 prædicta: Faciens & consentiens eadem pœna
 puniuntur. Item, *Væ homini per quem venit*
scandalum. Et nominatim principes alloquitur
Salvus: Et nunc Reges intelligite. Item, Ape-
rite portas principes vestras, & patefiant portæ
Jerusalem. Et Esaia 10. Væ qui condunt leges ini-
quas. Et Micheæ 3. Propter Principes & Sacer-
dotibus Zion quasi ager arabitur. Et quidem in di-
ctis Esaia 49. etiam cura fouendæ Ecclesiæ im-
perij attribuitur: Et reges erunt nutritores tui,
et reginæ nutrices. Item; In conueniendo reges
et populos in vnum, vt seruiant Domino.

REFUTATIO OB-
 iectionum.

I. Argumentum,

Officia non sunt confundenda.

Magistratus est custos corporis.

T 5

Ergo

Ergo non regat negocia pertinentia ad animam.

Respondeo ad minorem: Non est sufficiens definitio. Magistratus est custos corporum, sed prius & principaliter sciamus esse custodem legis & disciplinae. Imo precipuum opus esse debet omnium potestatum, noticiam Dei in genere humano propagare & conseruare. Ideo inquit Psalmus: Ego dixi, Dij estis, id est, officium diuinum gerentes, & bona diuina impertientes hominibus scilicet legem Dei, iusticiam & pacem.

Et damnanda est imaginatio, quae fingit magistratum similem esse armentario, & tantum corpora, non potius disciplinam curare. Nec tamen confunduntur officia, sed magistratus tantum externa membra coercet vi corporali. In cordibus vero incoatur aeterna iusticia & vita a Deo per ministerium Euangelij. Hanc consolationem quoque tenere necesse est, iuxta haec dicta: Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, Item, Euangelium est ministerium Spiritus.

II. Argumentum.

Non habens potestatem iudicandi de controuersijs dogmatum, non mouet Ecclesiam.

Principes non sunt iudices dogmatum.

Igitur principes non mutant Ecclesiam.

Respon